

5. *Pardalisca* :—“Caput crassiusculum, subtumidum. Epimera exiguae magnitudinis. Antennae pertenues, superiores flagello instructae appendiculari; pedunculus antennarum inferiorum pedunculo superiorum duplo ferme longior. Mandibula apice dilatata, quadridentata, palpo triarticulato. Palpus maxillarum posterioris paris articulo terminali valde dilatato, cordiformi. Pedes maxillares unico instructi laminarum terminalium pari, palpoque quadriarticulato. Pedes primi secundiqve paris ea sunt conformatioe, ut quartus eorum articulus manum efficere videatur, quintus sextusque juncti ungve quodammodo praestent; ita tamen, ut sextus formam monstret ovalem, multisque armatus sit aculeis marginalibus. Pedes tertii quartique paris ungve sublaminari, postice subtiliter serrulato. Pedes reliqui elongati, sat debiles, femoribus subangustis. Pedes spurii primi, secundi et tertii paris natatorii, reliqui saltatorii.” The type species is *Pardalisca cuspidata*, Kr.
6. *Protomedieia* :—“Annuli thoracici latiores quam altiores, dorso subdepresso. Antennae superiores pedunculo elongato (flagello parum breviori) instructae, flagelloque appendiculari multiarticulato. Antennae inferiores pediformes, pedunculo longissimo-, flagellum ter ad minus longitudine superante. Pedes secundi paris parvi, manu non instructi subcheliformi. Pedes tertii quartique paris sat magni; articulus eorum quintus sextusque quasi in ungve longissimum sunt coaliti, qui cum articulo tertio quartoqve manum quodammodo efficere videtur prehensilem. Epimera sat brevia. Pedes spurii quarti, quinti et sexti paris saltatorii.” In this description Boeck notices that the expression, “pedes secundi paris parvi, manu non instructi subcheliformi,” is a slip of the pen for “pedes primi paris etc,” which has led subsequent authors astray. The type species is *Protomedieia fasciata*, Kr.
7. *Ampelisca* :—“Pedes primi secundiqve paris nulla instructi manu subcheliformi; pedes tertii quartique paris forma peculiari, manu quodammodo muniti, cuius quasi palmam efficit articulus tertius, digitum vero quartus, quintus et sextus juncti; sextus articulus sive ungvis longissimus gracilimusque; pedes quinti sextique paris articulis modo compositi quinque, quorum ultimus ad finem marginis posterioris ungve armatus est rudimentari, recurvo, immobili (vel parum mobili). Septimum pedum par ungve laminari, lato, natatorio (?). Antennae graciles, pedunculus inferiorum pedunculo superiorum multo longior. Oculi simplices (?). Pedes maxillares palpo sat brevi. Epimera magna, paria quatuor anteriora multis ornata marginis inferioris setis. Sextum pedum abdominalium par natatorium. Reliqua ferme ut in genere *Amphithoe*.” The type species is “*Ampelisca Eschrichtii*,” Krøyer.
8. *Photis* :—“Corpus sat altum, compressum. Antennae subpediformes (o: elongatae, sat validae, pedunculo flagellis pauciarticulatis multo longiori), flagello appendiculari destitutae. Pedes primi et secundi paris sat breves, validi, manu subcheliformi armati robusta. Pes quinti paris recurvatus, inversus, ungve rudimentari. Epimera permagna; quinque paria anteriora ad marginem inferiorem setis sat longis instructa; quintum eadem est ac quartum altitudine, postice profundius excisum. Lamina terminalis interior pedis saltatorii tertii paris rudimentaris.” Boeck points out that this genus is omitted from the British Museum Catalogue. The type species is “*Photis Reinhardi*, Kr.”
9. *Oediceros* :—“Frons in rostrum producta plus minus acutum obtusumve, semper vero nodo pellucente, ovali, flavo rubescente turgidum. Oculi nulli? Pedunculi antennarum longi, superiorum flagelli longitudinem æquantes vel superantes; antennæ superiores flagello appendiculari destitutæ. Pedes primi et secundi paris manu armati subcheliformi permagna. Pedes tertii quartique paris validi, ungve instructi lato, laminari; qvod quoque usu venit quinto sextoqve pari, quorum coxa vel articulus primus dilatatus non est. Pedes septimi paris longissimi, tenues, fere filiformes (coxa vel primo articulo excepto). Epimera mediocris magnitudinis multis longisque armata setis marginis inferioris simplicibus; margo posterior quarti paris integra (non sinuato-excisa).” The type species is *Oediceros saginatus*, Kr.
10. *Lafystius* :—“Caput depresso, latius quam longius, rostratum. Antennæ sat breves,